



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Io. Francisci Leonis Eporediensis I. V. D. Episcopi Thelesini Thesaurus Fori Ecclesiastici

Leoni, Giovanni Francesco

Coloniae Agrippinae, 1682

22 Similium idem iudicium est habendum.

urn:nbn:de:hbz:466:1-10316

- Et sine peccato, vel hominem occidit, vel membrum abscindit, aut occidere, vel abscindere facit, est irregularis, adeo, quod, nec ordinari, nec in susceptis ordinibus ministrare permittatur, *cap. clericis, cap. sententiam sanguinis, ne clericus, vel monachus, & Greg. Sayr, in cap. 15, nu. 1, lib. 6,*
- 18 Quia ¶ ordines omnes inferuntur ad 23
Eucharistiae sacramentum, in quo representatur passio CHRISTI, qui fuit mitissimus, & qui sanguinem suum pro hominibus fudit, & cum percutiebatur, non comminabatur, unde ministri altaris CHRISTVM representantes potius parati esse debent proprium sanguinem fundere, quam aliorum,
- 19 Sacerdotes ¶ autem homicidæ magis 24
representant interfectores CHRISTI, quam ipsam CHRISTVM, & propterea quæcunque occisio hominis, aut membri mutilatio, constituit facientem irregularem, ob defectum mansuetudinis, quæ reperiri debet in ministro CHRISTVM representante, S. Thom. 2, 2, *quest. 40, artic. 2, Navar, eod. cap. 27, num. 206, & Gregor. Sayr, d. quest. 15, num. 2,*
- 20 Et regulariter ad irregularitatem ¶ in-
currendam in hac specie requiritur, ut actu fiat hominis occisio, vel membri mutilatio, seu abscisio: quia in hac materia, quoad irregularitatem, æquiparantur homicidium, & membri abscisio, *gloss. in cap. fin. in verb. nota quod de homicid. in 6. & gloss. in clemen. unic. in verb. mutiler. & ibi Abb. num. 4. & Sayr, ubi supra num. 3.*
- 21 An autem ¶ per mutilationem intel-
ligatur debilitatio ita, quod satis sit ad hanc irregularitatem incurrendam membrum alterius debilitari ex vulnere, aut percussione, vel incussione nervorum ita ut reddatur ineptum membrum ad usum ordinis; cum paria ¶ videantur non esse, & inutile esse, & de similibus idem iudicium sit habendum, *cap. 2, §, sicut ergo de translat. Episc,*
- 22 Et ¶ paria sunt ecclesiam non habere Prælatum, & habere inutilem *dist. cap. 2, §, sed neque,* Pariaque sunt uxori non habere virum, & patri non habere filium, & inutilem habere, ut per gloss. in 1, *fin. in verb. orbitates, C. ad l. flau. de plag.* Et quod sufficiat ad irregularitatem incurrendam debilitare membrum alterius, tenet Abb. in *capit. cum illorum, num. 8, de sentent. excommunic. & Grass. lib. 2, decis. cap. 61, num. 3, par. 1,*
- 24 Verior tamen opinio, ¶ est, quod ad irregularitatem incurrendam non sufficit debilitatio: quia per mutilationem in jure intelligi debet membri amputatio, cum membrum debilitatum non desinat esse membrum, *capit. sicut urgeri, 1, quest. 1, Et mutilatio proprie, & strictè sumpta sit amputatio membri, ut per gloss. in cap. accusasti, in verb. debilitatus, & ibi Abb. in fin. de accus. idem Abb. in cap. 1, num. 9, qui clericus, vel vov. & Felyn. in cap. inter cæteras, num. 8, de rescript. Quodque per debilitacionem membri irregularitas non incuratur, consulit Austr. ut in addit. ad decis. 8. Capell. Tolosa.*
- Quia, cum non reperiaturs ¶ jure cautum, quod debilitatio inducat irregularitatem, in pœnis mitior interpretatio, & strictior est facienda, *cap. odia, de reg. jur. in 6. & Abb. in d. cap. 1, num. 9. Navar,*